

de Plote. Heinricus sculthetus de Magdeburg. Gerbertus advocatus. Hugoldus sculthetus de Calve. Hildebrandus marschalcus de Sumersenburg. Conradus et Iohannes monetarii. Iohannes mercator. Scabini quoque iudices Ovo. Martinus. Reynerus. Udo. Cristianus. Reimbertus et alii quam plures. Actum Magdeburg, anno dominice incarnationis M̄CLXXXIII, indictione i.

5

497.

Landgraf Ludwig III. gestattet allen seinen Ministerialen das freie Verkaufs- und Schenkungsrecht an das Kloster Heusdorf. — Zeuge: Pfalzgraf Hermann. 1184.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haus- und Staatsarchiv Weimar. Phot. H. St. A. Das an farbloser Schnur anhängende S. = Taf. XI. 2. 10

Gedr.: Stumpf, Acta Magunt. 99.

:In nomine sanctę et individue trinitatis amen.: | Operationis bone propositum nulla debet occasio prepedire, hoc nimirum intu|itu ego Ludewicus comes provincialis divina monitus inspiratione sanctimo|nialium in Hugestorf et aliorum ibidem deo militantium religionis sanctę laborisque magnitudinem et rerum necessariorum usus tenuitatem 15 diligentius intuens et conneiciens ad augendos dictę congregationis redditus ob salutem anime meę et pro meorum parentum remedio animarum deo omnipotenti et beate Marie semper virgini et sancto Godehardo confessori atque pontifici et verbis concessi et donavi, ut, quicumque meorum ministerialium vel liberorum ad me pertinentium prefati cenobii professoribus vel in mancipiis aut agris vel etiam qualibet mobilium specie vendiderit aut 20 donaverit, ratum et inconvulsum habeatur perpetuo. Unde, ne qua possit corrumpi calumpnia, donationem meam^{a)} subscriptione testium et presentis sigilli munimine roboravi. Testes igitur ex parte mea sunt hi. Hermannus palatinus. Heinricus comes de Buch. Cune- mundus de Uargela. Heinricus et Lutolfus de Berlestad. Harmannus et Otto de Lobedeburh. Arnoldus de Nunburch. Irenfridus de Crebezinuelt. Burcardus de Grifenberch. 25 Hugo de Brisenze. Ex parte ecclesie sunt hi testes. Godefridus de Dudeleben. Bertoldus de Apolde. Helewicus de Ringelderode. Widelo de Grizhein. Eggehardus de Guderen.

Actum publice incarnationis dominice anno millesimo c̄ octuagesimo iiii, indictione iiii, regnante domino nostro imperatore Friderico.

(S.)

30

498.

Erzbischof Konrad von Mainz bestätigt, daß der Propst des Petersstifts, Burkard, welcher auch Propst zu Jechaburg ist, und die Gemeinde von Jechaburg dem Kloster Walkenried ihre Güter und Einkünfte in Urbach für die Güter dieses Klosters in Kleinwerther, in Erich und in Auleben tauschweise überlassen hat. — Zeuge: Landgraf Ludwig. Erfurt, 1184. 35

Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. S. Konrads hängt an Bindfaden.

Gedr.: Urkundenb. des hist. Ver. für Niedersachsen 1,25. Böhrer-Will, Mainzer Regesten XXX, 111.

— — Huius autem actionis, que anno incarnationis dominice M̄ c̄ LXXX iiii, indictione ii, coram nobis Erpissfordie facta et a nobis confirmata est, testes affuerunt, quorum

497. a) donatio mea Or.

40